

A *dna* cap. III. *Genesios* vers. 20. vocavisse narratur nomen uxoris suae HEVA, eo quod mater esset cunctorum viventium: ratione scilicet Seminis Benedicti, nempe Christi, ex Maria Virgine nascituri; ipsique Eva statim post lapsum promissi: Cum alioqui, seclusa ratione mysterii, mater omnium morientium, post lapsum, potius appellanda fuerit. Ob Mariam ergo Virginem, qua fructum benedictum, vitæque Autorem peperit, partique glorioso Eve maledictionem expunxit, prima illa generis nostri parens Mater cunctorum viventium appellata est. Hinc S. Irenæus Lib. v. *Adversus Hæreses*, cap. XIX. *Seductione* illa soluta, qua seducta est male illa, qua jam viro destinata erat virgo Eva; per veritatem evangelizata est bene ab Angelo jam sub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, prevaricata verbum ejus; ita & hæc per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est ut effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, uti virginis Eva Virgo Maria fieret Advocata. Et quemadmodum adstrictum est mori genus humanum per virginem, solvatur per Virginem, aqua lance disposita virginalis inobedientia per virginalem obedientiam.

A culum & faminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro.

B II. Hinc Lamechi exemplum antediluvianorum Patriarcharum neminem secutum esse legitur: & Noe, tresque filii ejus, orbi post diluvium restituendo, humanoque propagando generi à Deo destinati & servati, singulas tamen singuli uxores habuerunt, ut colligitur ex cap. 7. *Genes.* vers. 7. Et ingressus est Noe, & filii ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eo in Arcam propter aquas diluvii. Et 1. S. Petri III. vers. 20. In diebus Noë cum fabricaretur Arca, in qua pauci, id est, octo anime salvæ factæ sunt per aquam.

C III. Tertullianus Libro De Exhortatione Castitatis, quamvis ultra Catholici dogmatis regulas proventus polygamiam quoque successivam improbet ac dampnet, eam tamen quæ plures simul uxores amplectatur jure merito reprobandam cap. v. Ad legem, inquit, semel nubendi dirigendam, ipsa origo humani generis patrocinatur, contestans quid Deus in primordio constituerit, in formam posteritati referendam. Nam cum hominem singulari, eique parem necessariam proposuisset, unam de costis ejus mutuatus, unam illi faminam finxit: cum utique nec artifex, nec materia defecisset. Plures costæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, sed non plures uxores apud Deum. Et ideo homo Dei Adam, & mulier Dei Eva, unis inter semptis sancti, formam hominibus Dei de originis auctoritate & prima Dei voluntate sanxerunt: Denique, Erunt duo, inquit, in carne una, non tres, neque quatuor. Alioquin, jam non una caro nec duo in unam carnem. . . Numerus Matrimonii à maledicto viro capiti. Primus Lamech duabus maritatus tres in unam carnem effecit. Et Libro De Monogamia, cap. v. Sonei tantum vim passa institutio Dei per Lamech, constitit postea in finem usque gentis illius. Secundus Lamech nullus exiit, quomodo duabus maritatus. Negat Scriptura quod non notat.

SCHOLIUM.

Adami salutem singulari Libro, quem De salute primi hominis inscripsit, demonstravit Philippus Abbas Bone Spoi, S. Bernardo corvus.



DISSERTATIO IV. D

De Polygamia Lamechi.

PROPOSITIO UNICA.

Insolens Lamechi Polygamia, qui plures simul uxores primus duxisse legitur, Patriarcharum qui post Diluvium vivere exemplis à crimine vindicari non potest, ut nec illorum Polygamia Lamechi exemplo damnari.

Lamechum Cainitam duas simul uxores habuisse primum omnium hominum legitur *Genesios* 4. v. 19. Mathusael genuit Lamech. Qui accipit duas uxores, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Quod contra primam institutionem Matrimonii ipsum attentasse evidens est. Nam Deus Matrimonium in Paradiso terrestri instituens, unam uni dedit uxorem. Ideo plures initio feminas non condidit, sed faminam unam, sicut unum hominem. Masculum & faminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. . . Et edificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Quam ob rem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suae; & erunt duo in carne una. Duorum porro in una carne conjunctio Polygamiam excludit. Id confirmant verba Christi Matrimonium ad primam institutionem revocantis, *Matthæi* 19. v. 4. 5. 6. Non legis quia qui fecit hominem ab initio, mas-

F IV. S. Hieronymus Libro 1. contra Jovinianum eadem pene scribit eo de argumento, quæ Tertullianus, & Lamechi polygamiam acque damnat. Una costa, inquit, à principio in unam uxorem versa est. Et erunt, inquit, duo in carne una, non tres, neque quatuor; alioquin jam non duo, sed plures. Primus Lamech sanguinarius & homicida, unam carnem in duas divisit uxores; fratricidiana & digamiam eadem catachysmi delevit pœna. De altero septies, de altero septuagesies septies vindicatum est. Quantum distat in numero; tantum & in crimine. Et Epistolâ XI. ad Ageruchiam: Unus Adam, inquit, & una Eva, immo una ex eo costa separatur in feminam; rursumque quod divisum fuerat, nuptiis copulatur, dicente Scriptura: Erunt duo in carne unam: non in duas, nec in tres. Propter quod relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ; certe non uxoriibus. Quod testimonium Paulus edisserens, ad Christum refert & ad Ecclesiam, ut primus Adam in carne, secundus in spiritu monogamus sit. Sit una Eva mater cunctorum viventium; & una Ecclesia parens omnium Christianorum. Sicut illam maledictus Lamech in duas divisit uxores; sic hanc Hæretici in plures Ecclesias lacerant. Et Epistolâ IX. ad Salvinam: Etiam de Paradiso expulsus Adam unam uxorem habuit. Primus Lamech maledictus & sanguinarius, & de Cain stirpe descendens, unam costam divisit in duas, & plantarum digamia protinus diluvii pœna subvertit.

V. Sed & Nicolaus I. Pontifex Maximus ad Lotharium Regem scribens, Lamechum ob polygamiam adulterum appellat. Annon, inquit, dis-